HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 53r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

tura sunt. quasi iam facta narrare. Nam & de nobis dicit
apls. qd elegerit nos in ipso ante mundi constitutionem.
Si ergo omnipotens ds secundu apostoli sententia.
omis electos ante mundi constitutionem elegerat. qd
mirum si ipsum caput electorum in sua predestinatione ante
quam quicquam faceret ordinauit ut esset caput electorum.
De ipso enim dicit apls. ut ipse sit in omnib primatum
tenens. Scio opera tua. quia neq; frigidus es. neq; cali
dus. Vtinam frigidus esses. aut calidus. Sed quia tepi
dus es. incipiam te euomere ex ore meo. Manifestum
est quia ea quę sunt frigida uel calida. comedere &
bibere possumus. tepida u corpus nrm propter uomi
tu ferre n potest. Tali itaq; modo accipiendu est qd
hic dns dicit. utinam frigidus esses aut calidus.
sed quia tepidus es incipiam te euomere ex
ore meo. Frigidi itaq; sunt iudei uel pagani.
ab eo scilicet glaciali rigore constricti. qui dicit. As
cendam sup altitudinem nubium. ponam sedem meam ad
aquilonem. & ero similis altissimo. Aquilo enim uentus
frigidus diabolus e. cui in canticis canticorum dicit.
Surge aquilo & ueni auster. Surge aquilo. id e recede
diabole. ueni auster. ueniat spe ses. qui suo aduentu
calefaciat & illuminet corda hominum. ut pariant
opera uirtutum. Calidi s. qui in feruore fei spe
in di ac primi dilectio ne consistunt. Tepidi.
qui nec ex toto infideles sunt. nec auide ad xpm
tendunt. Sunt autem & quidam. qui prius quidem fue
runt frigidi & multis criminib obnoxii. sed ple
rumq; spe ses taliu corda tangit. quo inflammati